

Año XLIX.

15 ABRIL DE DE 1908.

Núm. 7.<sup>o</sup>

---

# BOLETIN OFICIAL



DEL

## Obispado de Osma.

---

### SUMARIO.

Encíclica de S. S. sobre las doctrinas de los Modernistas (*texto latino*).-- Circular del Rmo. Prelado con motivo del mes de Mayo.—Otra del mismo Rmo. Sr. sobre Conferencias morales.—Carta de la Junta Central para el Jubileo Sacerdotal de S. S. sobre ornamentos.—Anuncio de Ordenes generales.—Suscripción para Ornamentos de Iglesias pobres.—Idem extraordinaria por el Jubileo de S. S.—Casos de conciencia para las Conferencias de Mayo.

---

Sanctissimí Domini Nostri Pii, Divina providentia Papae X.

---

### LITTERAE ENCYCLICAE

AD PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS,  
EPISCOPOS, ALIOSQVE LOCORVM ORDINARIOS, PACEM ET  
COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTES

### DE MODERNISTARVM DOCTRINIS

---

(*Prosequitur.*)

Superbia vanissime gloriantur quasi uni sapien-  
tiam possideant, dicuntque elati atque inflati: *Non*  
*sumus sicut ceteri homines;* et ne cum ceteris compa-  
rentur, nova quaeque etsi absurdissima amplectuntur

et somniant. Superbia subiectionem omnem abiiciunt contenduntque autoritatem cum libertate componendam. Superbia sui ipsorum oblii, de aliorum reformatione unice cogitant, nullaque est apud ipsos gradus, nulla vel supremae potestatis reverentia. Nulla profecto brevior et expeditior ad modernismum est via, quam superbia. Si qui catholicus e laicorum coetu, si quis etiam sacerdos christianae vitae paecepti sit immemor, quo iubemur abnegare nos ipsi si Christum sequi velimus, nec auferat superbiam de corde suo; ne is ad modernistarum errores amplectendos aptissimus est quam qui maxime!--Quare, Venerabiles Fratres, hoc primum vobis officium esse oportet superbis eiusmodi hominibus obsistere, eos tenuioribus atque obscurioribus muneribus occupare, ut eo amplius deprimantur quo se tollunt altius et ut, humiliore loco positi, minus habeant ad nocendum potestatis. Praeterea tum ipsi per vos tum per seminariorum moderatores, alumnos sacri cleri scrutemini diligentissime; et si quos superbo ingenio repereritis, eos fortissime a sacerdotio repellatis. Quod utinam peractum semper fuisset ea qua opus erat vigilantia et constantia!

Quod si a moralibus causis ad eas quae ab intellectu sunt veniamus, prima ac potissima occurret ignorantia.--Enimvero modernistae, quotquot sunt, qui doctores in Ecclesiae esse ac videri volunt, modernam philosophiam plenis buccis extollentes aspernatique scholasticam, non aliter illam, eius fuco et fallaciis decepti, sunt amplexi, quam quod alteram ignorantes prorsus, omni arguento caruerunt ad notionum confusione tollendam et ad sophismata refellenda. Ex connubio auten falsae philosophiae cum fide illorum systema, tot tantisque erroribus abundans, ortum habuit.

Cui propagando utinam minus studii et curarum impenderent! Sed eorum tanta est alacritas, adeo indefessus labor, ut plane pigeat tantas insumi vires ad Ec-

clēsiae perniciem, quae, si recte adhibitae, summo forent adiumento.—Gemina vero ad fallendos animos utuntur arte; primum enim complanare quae obstant nituntur, tum autem quae prosint studiosissime perquirunt atque impigre patientissimeque adhibent.—Tria sunt potissimum quae suis illi conatibus adversari sentiunt: scholastica philosophandi methodus, Patrum auctoritas et traditio, magisterium ecclesiasticum. Contra haec acerrima illorum pugna. Idcirco philosophiam ac theologiam scholasticam derident passim atque contemnunt. Sive id ex ignorantia faciant sive ex metu, sive potius ex utraque causa, certum est studium novarum rerum cum odio scholasticae methodi coniungi semper; nullumque est indicium manifestius quod quis modernismi doctrinis favere incipiat, quam quum incipit scholasticam horrere methodum.—Meminerint modernistae ac modernistarum studiosi damnationem, qua Pius IX censuit reprobandam propositionem quae diceret: (1) «Methodus et principia, quibus antiqui doctores scholastici theologiam excoluerunt, temporum nostrorum necessitatibus scientiarumque progressui minime congruunt».—Traditionis vero vim et naturam callidissime pervertere elavorant, ut illius momentum ac pondus elidant. Stavit tamen semper catholicis auctoritas Nicaenae Synodi II, quae damnavit eos, qui audent... secundum scelestos haereticos ecclesiasticas traditiones spernere et novitatem quamlibet excogitare.... aut excogitare prave aut astute ad subterfendum quidquam legitimis traditionibus Ecclesiae catholicae. Stabit Synodi Constantinopolitanae IV professio: «Igitur regulas, quae sanctae catholicae et apostolicae Ecclesiae tam a sanctis famosissimis Apostolis, quam ab orthodoxorum universalibus neconon et localibus Conciliis vel etiam a quolibet deilocuo Patre ac magistro Ecclesiae traditae sunt, servare ac custodire profitemur.» Unde

---

(1) *Syll.*, prop. 13.

Romani Pontifices Pius IV itemque hujus nominis IX in professione fidei haec quoque addi voluerunt: «Apostolicas et ecclesiasticas traditiones reliquasque eiusdem Ecclesiae observationes et constitutiones firmissime admitto et amplector.» — Nec secus quam de Traditione, iudicant modernistae de sanctissimis Ecclesiae Patribus. Eos temeritate summa traducunt vulgo ut omni quidem culto dignissimos, ast in re critica et historica ignorantiae summae, quae, nisi ab aetate qua vixerunt, excusationem non habeat. — Denique ipsius ecclesiastici magisterii auctoritatem toto studio minuere atque infirmare conantur, tum eius originem, naturam, iura sacre lege pervertendo, tum contra illam adversariorum calumnias libere ingeminando. Valent enim de modernistarum grege, quae moerore summo Decessor Noster scribebat: «Ut mysticam Sponsam Cristi, qui lux vera est, in contemptum et invidiam vocarent tenebrarum filii consuevere in vulgus eam vecordi calumnia impetrere, et, conversa rerum nominumque ratione et vi, compellare obscuritatis amicam, altricem ignorantiae, scientiarum lumini et progressui infensam.» (1) — Quae cum sint ita, Venerabiles Fratres, mirum non est, si catholicos homines, qui strenue pro Ecclesia decertant, summa malevolentia et livore modernistae impetunt. Nullum est iniuriarum genus, quo illos non lacerent: sed ignorantiae passim pervicaciaeque accusant. Quod si refellentium eruditionem et vim pertimescant, efficaciam derogant coniurato silentio. Quae quidem agendi ratio cum catholicis eos plus habet invidiae, quod, eodem tempore nulloque modo adhibito, perpetuis laudibus evehunt quotquot cum ipsis consentiunt; horum libros nova undique spirantes grandi plausu excipiunt ac suspiciunt; quo quis audentius vetera evertit, traditionem et magisterium ecclesiasticum respuit, eo sapientiorem praedicant; denique, quod quisque bo-

---

(1) Motu prop. *Ut mysticam*, 14 Martii 1891.

nus horreat, si quem Ecclesia damnatione perculerit, hunc, facto agmine, non solum palam et copiosissime laudant, sed ut veritatis martyrem pene venerantur.— Toto hoc, tum laudationum tum improperiorum strepitu, percussae ac turbatae iuniorum mentes, hinc ne ignorantes audiant inde ut sapientes videantur, cogente intus curiositate ac superbia, dant victas saepe manus ac modernismo se dedunt.

Sed iam ad artifia haec pertinent, quibus modernistae merces suas vendunt. Quid enim non moliuntur ut asseclarum numerum augeant? In sacris Seminariis, in Universitatibus studiorum magisteria aucupantur, quae sensim in pestilentiae cathedras vertunt. Doctrinas suas, etsi forte implicite, in templis ad concionem dicentes inculcant; apertius in congressibus enunciant; in socialibus institutis intrudunt atque extollunt. Libros, ephemerides, commentaria suo vel alieno nomine edunt. Unus aliquando idemque scriptor multiplici nomine utitur, ut simulata auctorum multitudine incauti decipientur. Brevi, actione, verbis, proelo nihil non tentant, ut eos febri quadam phreneticos dices.—Haec auten omnia quo fructu? Iuvenes magno numero deflemus, egregiae quidem illos spei, qui Ecclesiae utilitatibus optimam navarent operam, a recto tramite deflexisse. Plurimum etiam dolemus, qui quamvis non eo processerint, tamen, corrupto quasi aere hausto, laxius admodum cogitare, eloqui, scribere consuecant quam catholicos decet. Sunt hi de laicorum coetu, sunt etiam de sacerdotum numero; nec, quod minus fuissest expectandum, in ipsis religiosorum familiis desiderantur. Rem biblicam ad modernistarum leges trahant. In consribendis historiis, specie adserendae veritatis, quidquid Ecclesiae maculam videtur aspergere, id, manifesta quadam voluptate, in lucem diligentissime ponunt. Sacras populares traditiones, apriorismo quadam ducti, delere omni ope conantur. Sacras Reliquias vetustate commendatas despectui habent. Vano

scilicet desiderio feruntur ut mundus de ipsis loquatur: quod futurum non autumant si ea tantum dicant, quae semper quaeve ab omnibus sunt dicta. Interea suadent forte sibi obsequium se praestare Deo et Ecclesiae: reapse tamen offendunt gravissime, non suo tantum ipsi opere, quantum ex mente qua ducuntur, et quia perutilem operam modernistarum ausibus conferunt.

Huic tantorum errorum agmini clam aperteque invadenti Leo XIII successor Noster fel. rec., praesertim in re biblica, ocurrere fortiter dicto actuque conatus est. Sed modernistae, ut iam vidimus, non his facile terrentur armis: observantiam demissionemque animi affectantes summam, verba Pontificis Maximi in suas partes detorserunt, actus in alios quoslibet transtulere. Sic malum robustius in dies factum. Quamobrem, Venerabiles Fratres, moras diutius non interponere decretum est, atque efficaciora moliri.—Vos tamen oramus et obsecramus, ne in re tam gravi vigilantiam, diligentiam, fortitudinem vestram desiderari vel minimum patiamini. Quod vero a vobis petimus et expectamus, id ipsum et petimus aequa et expectamus, a ceteris animarum pastoribus, ab educatoribus et magistris sacrae iuventutis, imprimis autem a summis religiosarum familiarum magistris.

I. Primo igitur ad studia quod attinet, volumus probeque mandamus ut philosophia scholastica studiorum sacrorum fundamentum ponatur.—Utique, «si quid a doctoribus scholasticis vel nimia subtilitate quaesitum, vel parum considerate traditum; si quid cum exploratis posterioris aevi doctrinis minus cohaerens vel denique quoquo modo non probabile; id nullo pacto in animo est aetati nostrae ad imitandum proponi.» (1) Quod rei caput est, philosophiam scholasticam quum sequendam praescribimus, eam praecipue intelligimus, quae a sancto Thoma Aquinate est tradita; de qua

(1) Leo XIII, Enc. *Eterni Patris*.

quidquid a Decessore Nostro sancitum est, id omne vige-re volumus, et qua sit opus instauramus et confir-mamus, stricteque ab universis servari iubemus. Epis-coporum erit, sicubi in Seminariis neglecta haec fue-rint, ea ut in posterum custodiantur urgere atque exi-gere. Eadem religiosorum Ordinum moderatoribus praecipimus. Magistros autem monemus ut rite hoc teneant. Aquinatem deserere, praesertim in re meta-physica, non sine magno detimento esse.

Hoc ita posito philosophiae fundamento, theologi-cum aedificium extruatur diligentissime.—Theologiae studium, Venerabiles Fratres, quanta potestis ope pro-vehite, ut clerici e seminariis egredientes praeclara illius existimatione magnoque amore imbuantur, illud-que semper pro deliciis habeant. Nam «in magna et multipli disciplinarum copia quae menti veritatis cu-pidae obiicitur, neminem latet sacram Theologiam ita principem sibi locum vindicare, ut vetus sapientium effutam sit, ceteris scientiis et artibus officium incum-bere, ut ei inserviant ac velut ancillarum more famu-lentur.» (1)—Addimus heic, eos etiam Nobis laude dignos videri, qui, incolumi reverentia erga Traditionem et Patres et ecclesiasticum magisterium, sapienti iudicio catholicisque usi normis (quod non aequa om-nibus accidit) theologiam positivam, mutato a veri no-minis historia lumine, collustrare studeant. Maior pro-fecto quam antehac positivae theologiae ratio est ha-benda; id tamen sic fiat, ut nihil scholastica detrimenti capiat, iique reprehendantur, utpote qui modernista-rum rem gerunt, quicumque positivam sic extollunt ut scholasticam theologiam despicer videantur.

De profanis vero disciplinis satis sit revocare quae Decessor Noster sapientissime dixit (2) «In rerum na-turalium consideratione strenue adlaboretis: quo in ge-nere nostrorum temporum ingeniosa inventa et utiliter

(1) Leo XIII, Litt. Ap. *In magna*, 10 Decembris 1889.

(2) Aloc. 7 martii 1880.

ausa, sicut iure admirantur aequales, sic posteri perpetua commendatione et laude celerabunt.» Id tamen nullo sacrorum studiorum damno; quod idem Decessor Noster gravissimis hisce verbis prosequutus monuit (1) «Quorum causam errorum, si quis diligentius investigaverit, in eo potissimum sitam esse intelliget, quod nostris hisce temporibus, quanto rerum naturalium studia vehementius forvent, tanto magis severiores altioresque disciplinae defloruerint: quaedam enim fere in oblivione hominum conticescunt; quaedam remisse leviterque tractantur, et quod indignum est, splendore pristinae dignitatis deleto, pravitate sententiarum et immanibus opinionum portentis inficiuntur.» Ad hanc igitur legem naturalium disciplinarum studia in sacris seminariis temperari praecipimus.

II. His omnibus praeceptionibus tum Nostris tum Decessoris Nostri oculos adiici oportet, quum de Seminariorum vel Universitatum catholicarum moderatoribus et magistris eligendis agendum erit.—Quicumque modo quopiam modernismo imbuti fuerint, ii, nullo habito rei cuiusvis respectu, tum a regundi tum a docendi munere arceantur, eo si iam funguntur, removeantur: item qui modernismo clam aperteve favent, aut modernistas laudando eorumque culpam excusando aut Scholasticam et Patres et Magisterium ecclesiasticum carpendo, aut ecclesiasticae potestati, in quocumque ea demum sit, obedientiam detrectando: item qui in historica re, vel archeologica, vel biblica nova student: item qui sacras negligunt disciplinas, aut profanas anteponere videntur.—Hoc in negotio, Venerabiles Fratres, praesertim in magistrorum delectu, nimia nunquam erit animadversio et constantia, ad doctorum enim exemplum plerumque componuntur discipuli. Quare, officii conscientia fr̄ti, prudenter hac in re at fortiter agitote.

---

(1) Loc. citat.

Pari vigilantia et severitate ii sunt cognoscendi ac diligendi, qui sacris initiari postulent. Procul, procul esto a sacro ordine novi'atum amor: superbos et contumaces animos odit Deus!—Theologiae ac Iuris canonici laurea nullus in posterum donetur, qui statum curriculum in scholastica philosophia antea non elaboraverit. Quod si donetur, inaniter donatus esto.—Quae de celebrandis Universitatibus Sacrum Consilium Episcoporum et Religiosorum negotiis praepositum clericis Italiae tum saecularibus tum regularibus preecepit anno MDCCCXCVI; ea ad nationes omnes posthac pertinere decernimus.—Clerici et sacerdotes qui catholicae cuipiam Universitati vel Instituto item catholico nomen dederint, disciplinas, de quibus magisteria in his fuerint, in civili Universitate ne ediscant. Sicubi id permisum, in posterum ut ne fiat edicimus.—Episcopi, qui huiusmodi Universitatibus vel Institutis moderandis praesunt, current diligentissime ut quae hactenus imperavimus, ea constanter serventur.

III. Episcoporum pariter officium est modernistarum scripta quaeve modernismum olen provehuntque si in lucem edita ne legantur cavere, si nondum edita prohibere ne edantur.—Item libri omnes, ephemerides, commentaria quaevis huius generis neve adolescentibus in Seminariis neve auditoribus in Universitatibus permittantur: non enim minus haec nocitura, quam quae contra mores conscripta; immo etiam magis, quod christianaे vitae, initia vitiant.—Nec secus iudicandum de quorumdam catholicorum scriptionibus, hominum ceteroqui non malae mentis, sed qui theologiae discipline expertes ac recentiori philosophia imbuti, hanc cum fide componere nituntur et ad fidei, ut inquiunt, utilitates transferre. Hae, quia nullo metu versantur ob auctorum nomen bonamque existimationem, plus periculi afferunt ut sensim ad modernismum quis vergat.

(Prosequetur.)

CIRCULAR NUM. 237.

Es gratísimo para nuestro corazón recomendar todos los años, al aproximarse el mes de Mayo, la devoción á María Santísima y que se le dedique el piadoso ejercicio de *las flores*. En todos los tiempos del año hemos de mostrarnos devotos de la celestial Señora y en todas las necesidades de nuestra vida debemos recurrir confiados á la Santísima Virgen que ha sido constituida tesorera y depositaria de todas las gracias. Por ser la madre de Dios tiene un valimiento poderosísimo. ¿Qué le negará su hijo divino? Es también nuestra madre amantísima, siempre dispuesta á interceder por nosotros, mirándonos con ojos de clemencia y compasivo corazón. Por eso debemos invocar su patrocinio y postrarnos ante sus plantas con filial y santa confianza; con tierno y entrañable amor, con puro y limpio corazón. Los justos para lograr la perseverancia y los pecadores para conseguir la gracia de una sincera conversión han de acudir humilde y devotamente á la que es Madre clementísima, Madre del Amor hermoso y Madre de la divina gracia.

Pero si en todos los tiempos y circunstancias hemos de mostrar nuestra devoción y ferviente amor á la Reina de Cielos y tierra, mucho más y con particular fervor y ternura en el mes de Mayo, que de un modo especial le está consagrado por la piedad cristiana. Como en años anteriores, recomendamos encarecidamente que en todas las parroquias se celebre el dulce, consolador y piadosísimo ejercicio de *las flores*. Concedemos cincuenta días de indulgencia á los fieles que asistan y autorizamos para que en el día en que se celebre la función principal, pueda exponerse á Su Divina Magestad durante los cultos.

En este año, que es el jubilar de la ordenación sacerdotal de Nuestro Santísimo Padre Pío X, tenemos que hacer una recomendación especial: que durante todo él se ruegue de un modo singular por Su Santi-

dad, pero muy principalmente en los cultos que en el mes de Mayo se ofrezcan á la Santísima Virgen. Encargamos que al terminar el ejercicio *de las flores* se recen tres *Ave Marias* por el inmortal Pontífice reinante. Tambien se rezarán, con el mismo fin, durante el presente año después del Santo Rosario, el cual está ordenado en el Sínodo diocesano que se celebra diariamente en todas las Parroquias del Obispado.

Burgo de Osma 10 de Abril de 1908.

† EL OBISPO.

---

CIRCULAR NÚM. 238.

---

Es de la mayor importancia la celebración, en la forma que está prescrita, de las conferencias morales y litúrgicas, por los Sacerdotes. No es necesario que nos detengamos á demostrarlo por ser materia de todos conocida y muy terminantes las disposiciones de los Romanos Pontífices sobre la misma. Téngase presente cuanto decíamos y ordenábamos en nuestra Circular número 23, y lo que acerca de las mencionadas Conferencias está mandado en el Sínodo diocesano. Es nuestra voluntad y nuevamente encargamos y mandamos que se celebren puntualmente y cumpliéndose con fidelidad las prescripciones e instrucciones que han sido dictadas y deben ser rigurosamente observadas. Esperamos que así lo practicarán nuestros amados Sacerdotes. Sean muy solícitos los Presidentes de los Centros para dar cuenta, según está mandado, á los Arciprestes en el mes de Diciembre de cada año del orden y exactitud con que se hayan celebrado expresando las faltas de asistencia, y tengan especial cuidado los Sres. Arciprestes de comunicarlo á Nós, pues interesa en gran manera que lo conozcamos para fines muy importantes y los efectos que procedan.

Burgo de Osma 10 de Abril de 1908.

† EL OBISPO.

## JUBILEO SACERDOTAL DE SU SANTIDAD EL PAPA PÍO X

### JUNTA GENERAL DE ESPAÑA

Como Secretaria de la Junta Central tengo el gusto de participar á esa Junta Diocesana que últimamente se han recibido en esta nuevas y más terminantes instrucciones de Roma respecto á los envíos de ropas y ornamentos, y que nos ha sido comunicada a grata noticia de que la generosidad y el desprendimiento de Su Santidad Pío X han llegado hasta el extremo de disponer que los donativos se repartan en los mismos países en que han sido recogidos y aún en las mismas diócesis en que han sido hechos con el fin de evitar gastos de transporte que distraigan del primordial objeto de socorrer á las iglesias pobres, y que se contenta con recibir solamente las reseñas de los trabajos de todas las Juntas, de las distribuciones hechas y las listas personales de todos los que han contribuido á la realización de sus deseos y que si, cediendo á súplicas que se le han dirigido, consiente al fin el Santo Padre en que cada Nación le envie alguna cantidad de donativos, insiste mucho en que esta sea *muy pequeña*.

Por lo tanto esta Junta Central, llena de reconocimiento á Su Santidad y dispuesta á cumplir todos sus deseos, se cree en el deber de dar á las Juntas Diocesanas las siguientes definitivas instrucciones.

1.<sup>a</sup> Cada Junta podrá decidir, de acuerdo con el señor Obispo de su Diócesis, si envía algunos ornamentos á Roma y en ese caso cuántos y cuales elige para ello, pues sería difícil lo hiciera, sin conocerlos, la Junta Central, siendo preferible se escojan los más ricos, pero pocos, como insisten en pedir en el Vaticano, pues Su Santidad ha desistido de que se celebre exposición, como se dijo en un principio, y solo desea que se remedien las necesidades de las iglesias pobres de todos países.

2.<sup>a</sup> La Secretaria de cada Junta tendrá la bondad de hacer una lista, encabezada con los nombres de las señoras que la forman, en que consten todos los donativos, lo mismo los de labores que los hechos en metálico (si es posible con los nombres de los donantes y si no poniendo sencillamente: recogidos en tal Congregación, en tal Parroquia, en tal pueblo) con suma total, los ornamentos adquiridos con el dinero recaudado, y todos los datos que quieran relativos á los trabajos hechos, enviándola á

esta Secretaría lo antes posible para que aquí se unan todas y se hagan con ellas un libro que, con un mensaje dirigido al Santo Padre, le será enviado en cuanto queden terminados y repartidos los trabajos, al mismo tiempo darán cuenta de si piensan mandar algunos ornamentos al Vaticano y cuántos son.

3.<sup>a</sup> Aprobadas aquí las listas, podrán las Juntas que así lo hayan dispuesto hacer inmediatamente su envío á Roma en la forma que muy en breve les podremos indicar.

4.<sup>a</sup> Habiéndose ofrecido la Compañía Trasatlántica á llevar de balde los envíos de todas las Juntas, no deben, por lo tanto, estas reservar más dinero que el que calculen se necesitará para el embalaje y porte hasta el puerto más cercano, pues en Italia habrá franquicia de aduanas y la Junta Central se encarga de pagar los portes desde Génova ó Nápoles hasta Roma.

5.<sup>a</sup> Las mismas Juntas podrán proceder, desde 1.<sup>o</sup> de Mayo, procurando terminar lo antes posible, el reparto de ropas entre las iglesias más pobres de su diócesis, según las listas de las mayores necesidades que podrán pedir para esa fecha á los señores Párrocos,

y 6.<sup>a</sup> Tendrán la bondad de enviarnos *lo más pronto que puedan* la lista de las necesidades remedias, y cualquier rectificación que hubiere que hacer en las anteriores, para dar así exacta cuenta de todos los trabajos á S. S. el Papa Pío X en los días de la celebración de su Jubileo Sacerdotal.

La Secretaria de la Junta Central.—*Maria Bernaz de Allende salazar.*

### ANUNCIO DE ÓRDENES GENERALES

Su Excia. Ilma. y Rvma. el Obispo, mi Señor, ha determinado, con el auxilio de Dios, celebrar órdenes generales mayores y menores en los días 12 y 13 de Junio próximo, *Temproras de la Santísima Trinidad.*

En su virtud, los que aspiren á recibirlas, presentarán en esta Secretaría de mi cargo, antes del 15 de Mayo las solicitudes y demás documentos necesarios, conforme á lo prescripto en el Edicto publicado con el mismo objeto en 28 de Abril de 1905, y á lo dispuesto en el título XII, parte tercera de las nuevas *Sinodales del Obispado.*

Los exámenes de Teología dogmática y Moral tendrán lugar los días 29 y 30 de Mayo, y los de Liturgia, Rezo divino y Canto llano el 1.<sup>o</sup> de Junio, debiendo presentarse los aprobados al Excmo. y Rvmo. Prelado en la mañana del 2; y el 3 por la tarde entrarán á practicar los Santos Ejercicios en el lugar que se les designe.

Burgo de Osma 15 de Abril de 1908.—DOCTOR  
**MANUEL MARÍA VIDAL, Arcediano Secretario.**

---

**Suscripción para ornamentos para Iglesias pobres  
en el Jubileo Sacerdotal de Su Santidad.**

---

EXCMO. SR. OBISPO, 50 pesetas.—D. Manuel de Roa, 10.—  
D. Antonio Marquez, 5.—D. Manuel María Vidal, 10.—D. José Gutierrez, 10.—D. Domingo de la Peña, 5.—D. Constancio Santa Olalla, 10.—D. Wenceslao Yepes, 5.—D. Juan García Vellosillo, 10.—D. Victor Hernando, 10.—D. Julian Gratal, 5 —D. Sinforiano de la Cantolla, 10.—D. Felipe García Escudero, 10.—D. Donato Lázaro, 1.—D. Pedro Nolasco Ilarregui, 5.—D. Antonio García Escudero, 10.—D. Pedro Penzol, 20.—D. Cándido Cendoya, 2'50.—D. Regino Ortega, 5.—D. Cayo Lozano, 4.—D. Pedro Acón, 4.—D. Fructuoso Palacios, 5.—D. Angel Loza, 5.—D. Juan Cruz Ibarguchi, 1.—D. Facundo Salaverría, 5.—D. Victorino Elias, 5.—D. Protasio Félix Rubio, 5.—D. Manuel Gutierrez, 10.—D. José Aguilera, 5.—D. Pedro del Pozo, 5.—D. Pedro López Rubio, 10.—D. Alberto Martinez, 5.—D. Silvestre Lozano, 10.—D. Pedro Romero, 2.—D. Juan José de Pablo, 2.—D. Alejandro Jimenez, 2.—D. Norberto Villar, 2.—D.<sup>a</sup> Jerónima Pascual Pavía, 10.—D.<sup>a</sup> Jesús Ayuso, 10.—D.<sup>a</sup> Valeriana Alonso, 10.—D.<sup>a</sup> Trinidad Pascual, 10.—D.<sup>a</sup> Andrea de las Pozas, 2.—D.<sup>a</sup> Asunción Aparicio, 3.—D.<sup>a</sup> Beatriz Sienes, 3.—doña Ramona Sienes y hermana, 3.—D.<sup>a</sup> Eloisa Curonis, 5.—D.<sup>a</sup> Juana Arranz, 1.—D.<sup>a</sup> Natividad Gasanz, 2.—D.<sup>a</sup> Valentina Mata, 1.—D.<sup>a</sup> Genoveva Ortega, 2.—D.<sup>a</sup> Eufemia Sebastian, 1. —D.<sup>a</sup> Faustina de León, 1.—D.<sup>a</sup> Araceli Bravo, 3.—D.<sup>a</sup> Juana del Amo, 1.—D.<sup>a</sup> Vicenta Valle, 1...D.<sup>a</sup> Juana Aguirre, 1.—D.<sup>a</sup> Laura Lahoz, 2'50.—D.<sup>a</sup> Francisca de la Puente, 2'50.—D.<sup>a</sup> Consuelo Sanz, 3.—*Suma y sigue, 358'50 pesetas.*

Suscripción extraordinaria con motivo del Jubileo Sacerdotal  
de Su Santidad Pio X.

	Ptas. Cts.
<i>Suma anterior. . . . .</i>	<b>1,660 16</b>
Párroco de Gómara.....	4 »
Párroco y feligreses de Quintana Redonda.....	5 »
Párroco de Torreandaluz.....	2 »
Idem de Santervás de la Sierra.....	1 25
Idem de Pinilla de los Barruecos.....	2 »
Idem de Mamolar.....	1 »
Idem de Fuentelfresno.....	1 »
Idem de Berzosa.....	2 »
M. I. Sr. D. Pedro N. Ilarregui, Canónigo.....	10 »
Párroco de La Alameda.....	2 25
Idem de Valdeavellano de Terra.....	5 »
Idem de Aldeanueva de la Serrezuela.....	3 »
Idem de Cabrejas del Campo.....	1 50
<i>Suma y sigue.....</i>	<b>1.700 76</b>

AGENDA IN COLLATIONE 1.<sup>a</sup> DIE 7.<sup>a</sup> MAII ANNI 1908

QUAESTIO MORALIS

**Actus humanus, ejus divisiones ejusdemque constitutiva: actus hominis?**

CASUS

Arsenius, homo probus, sed indole petulans, cum inimico suo occurrisset, ab eo que non solum verbis, sed et verberibus lacessitus fuisse, desiderio illum occidendi inardescit, et accepo pugione in eum irruit; verum irae impetu cohibito, ab inimico aufugit. Subinde vero sui compos factus reformidat ne lethalem culpam admisserit, ideoque nulla interjecta mora, ad confessarii pedes provolbitur. Idem etiam, licet ad gravem blasphemandi consuetudinem destruendam serios adhibuerit conatus, in rixa cum ad-

versario quodam habita, in blasphemias erumpit; ideoque ad diluendam hanc conscientiae noxam confessarium iterum requirit. Quaeritur. Quid sit voluntarium ac quae in eo requirantur? An Arsenius in duplici casu pecaverit?

QUAESTIO LITURGICA.

**Quid praescribitur in Titulo 12 circa ofertorium, Secretas, Praefationem et Canonem? Quae Praefatio dicenda in festis Sanctorum et in feriis?**

AGENDA IN COLLATIONE 2.<sup>a</sup> DIE 21 MAI

QUAESTIO MORALIS

**Voluntarium simpliciter ac secundum quid; Directum et indirectum; tacitum ac praesumptum.**

CASUS

Barnaba Bedae inimico suo nocere volens ejus asinum plumbo tracicere intendit: sed heu! duplex ei accedit infortunium. Nam asinus globo non attingitur, dum vacca Petri amici sui quae post densam sepem quiete jacebat, nec ab ipso cerni poterat, infeliciter occiditur. Alias volens injuria afficere Leonem ejus inimicum, statuit occidere equum valde carum Leoni ipsi; sed inter noctis tenebras non bene discernens, interfecit par asinorum ejusdem Leonis sibique carissimum. Quaeritur: Quid sit non voluntarium et involuntarium ac in quo differunt? An Barnaba restituere teneatur pro asino non damnificado vel pro vacca occissa in primo casu? An in secundo teneatur necne, et quatenus affirmative quid restituere debeat?

QUAESTIO LITURGICA

**Quid praescribitur in Titulo 13 circa Communio, Orationes et Evangelium S. Joannis? Quando hoc legitur, quando de feria, vigilia vel de Dominica? Quod evangelium legendum in Missis votivis?**